

2. Christus imitatione confectandus in patientia & virtutibus aliis, non in ἀμιμήτοις, v. 3.
3. Scripta Romanis, scripta sunt etiam nobis novissimis, v. 4.
4. Christus minister fuit circumcisionis, non tamen exclusis gentilibus à gratia, v. 8.
5. Ἀυτάρχεια hodierna in mysteriorum fidei notitia repugnat laudatis beneficiis Evangelicis, v. 14.
6. Ex voce ἱεραργίας inepte sacrificium Missaticum, v. 16. quin imo ex hoc loco explicari debet oraculum Malachiæ Cap. I, 11. è quo Pontificii perperam probant sacrificium Missaticum.
7. Male ad eundem versum notat Cornelius à Lapide, Eucharistiam esse proprie dictum sacrificium.
8. Ex v. 20. recte negat Caspar Sanctius, S. Jacobum Majorem in Hispania primum fuisse Apostolum.

## DISPUTATIO XVI. &amp; Ult.

*Aphorismi ex Capite XVI.*

1. Fœminas ad Ecclesiastica officia adhibendas, non docet, v. 1. & ult.
2. Salutationes Pauli exemplo consecratae, v. 2. seqq. ex fide, v. 22. ad fideles, v. 10. & 11. & ex corde non fucato proficisci debent, v. 16.
3. Neque Petrum, neque quemvis summum Episcopum Romanum salutatur Paulus, eò quod neque Petrus fuerit Romæ, neque Ecclesiæ caput esse possit præter Christum.
4. Electionis fundamentum Christus est, v. 13.

B 2

5. Hæ.